

A. D. 1380. — Salluste, *Bellum Iugurthinum*.  
Milan, Biblioteca Ambrosiana, L. 68, parte superiore.

Page d'un Codex contenant le *Bellum Catilinare* et le *Bellum Iugurthinum* de Salluste. Notre page donne le début du *Bellum Iugurthinum*. Le Codex se termine ainsi : *Explicit liber Sallustii, Iugurthini. Deo gratias. Scriptus manu Petri de Volcanis de Verona tunc Massarii communis Vincentie in millesimo CCCLXXX*. Le Codex a donc été écrit par un Véronais en 1380. Il appartient d'abord au monastère de Santa Maria Coronata de Milan; en 1607, ce monastère en fit don au cardinal Federigo Borromeo, pour l'Ambrosiana. Parchemin. Grandeur : 26 × 18,5 cm.

Gothique italienne. Les lettres sont bien séparées et nettement formées. Leur trait est léger; elles ont aussi bien les formes rondes que les formes anguleuses. Les hastes inférieures finissent en pointe. — Le titre est en rouge (1. 2); l'initiale **F** est rouge et bleue (3). A droite et à gauche l'écriture est encadrée de lignes ornées.

Lettres isolées, a est simple (4. 5). e et e sont souvent difficiles à distinguer; tous deux pourtant se distinguent aisément de f (6. 7. 8).

**Gaii Crispi Sallustii liber Iugurthinus incipit.**

Falso queritur de natura sua genus  
5 humanum, quod<sup>1)</sup> imbecilla etas atque brevis evi potius sorte quam virtute regatur. Nam contra<sup>2)</sup> reputando, neque minus aliud neque prestabilius invenies virtute, magisque nature  
10 industriam hominum quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vite mortalium animus est, qui<sup>3)</sup> ubi ad gloriam virtutis via crassatur<sup>4)</sup>, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortuna<sup>5)</sup> eget, quippe que<sup>6)</sup> probitatem, industriam aliasque bonas artes neque dare neque eripere cuiquam potest.  
20 Sin captus<sup>7)</sup> pravis cupidinibus ad incertiam et voluptates corporis pesundatus<sup>8)</sup> est, perniciosa libidine paulisper usus, ubi per socordiam<sup>9)</sup> vires, tempus, etas, ingenium deflaxere, nature infirmitas accusatur; suam quippe culpam auctores ad negocia transferunt. Quod<sup>10)</sup> si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nichil profutura  
30 multoque etiam periculosa petunt, neque regerentur a casibus magis quam rege-

i tantôt a un trait et tantôt n'en prend point (6. 7. 14). Pour m on a souvent un trait vertical ondulé (11. 23). On trouve l'r rond non-seulement après o, mais aussi après a et e (1. 13. 18; II. 2). L's rond a souvent une forme ouverte allongée (6. 7).

Les abréviations ne sont pas nombreuses. On met de préférence un trait horizontal ondulé pour *er* et pour *r* seul, une fois aussi pour *ur* (I. 21. 29; II. 8. 15. 21. 22).

rent casus, et eo<sup>11)</sup> magnitudinis procederent, ut pro mortalibus gloria eterni fierent. Nam uti genus hominum compositum ex corpore et anima est,  
5 ita res cuncte studaque omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur preclara facies, magne divitie, ad<sup>12)</sup> hoc vis corporis et alia omnia huiuscemodi brevi dilabuntur. At ingenii egregia facinora<sup>13)</sup> sicuti anima immortalia sunt. Postremo corporis et fortune<sup>14)</sup> honorum ut incitium sic finis est. Omniaque orta occidunt et aucta senescunt. Animus incorruptus  
15 eternus rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam etatem agunt. Ceterum<sup>15)</sup> ingenium, quo neque melius neque amplius aliud in natura mortali-um est, incultu<sup>16)</sup> atque socordia torpescere illi sinunt, cum presertim tam multe varietate sint animi artes, quibus<sup>17)</sup>  
25 summa claritudo paratur. <sup>18)</sup> Verum ex his<sup>19)</sup> magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime<sup>20)</sup> michi hac tempestate<sup>21)</sup> cupienda videtur<sup>22)</sup>, quoniam neque virtuti honos<sup>23)</sup> datur, neque  
30 illi<sup>24)</sup>, quibus per fraudem ius fuit, utique

Suscrit : <sup>1)</sup> dicens; <sup>2)</sup> ea; <sup>3)</sup> animus; <sup>4)</sup> impinguescit. <sup>5)</sup> Après fortuna on a un e exposé. <sup>6)</sup> Suscrit : fortuna; <sup>7)</sup> aliquis; <sup>8)</sup> nummosus; <sup>9)</sup> inerciam; <sup>10)</sup> pro sed; <sup>11)</sup> id id; <sup>12)</sup> pretere; <sup>13)</sup> id est facta; <sup>14)</sup> est; <sup>15)</sup> pro sed; <sup>16)</sup> En marge on a le mot décliné : incultus, ut, ut; <sup>17)</sup> Suscrit : artibus; <sup>18)</sup> acquiritur; <sup>19)</sup> artibus; <sup>20)</sup> id est non; <sup>21)</sup> tempore; <sup>22)</sup> e est annulé par un trait qui le souligne; en marge : hoc dicit propter quosdam qui arguunt eum quod recesserit a re publica et redierit ad studium. <sup>23)</sup> Suscrit : hoc tempore; <sup>24)</sup> homines.

A. D. 1422. — Cicéron, *De oratore*.  
Rome, Biblioteca Vaticana, Ottoboniana lat. 2057, fol. 1.

Page d'un manuscrit qui fut copié en 1422 d'un ancien Codex, qui avait été découvert dans les archives du chapitre de Lodi (*Codex Laudensis*). Sur le dernier feuillet, en marge (124\*) on lit : *MCCCCXXII, die penultimo Novembris in sero finit. Am[en]*. Cet ancien Codex Laudensis s'est égaré. En marge et quelquefois aussi entre les lignes on trouve de nombreuses corrections et variantes, la plupart du temps avec la mention : *vetusissimo et ipsa intuitione religionem quandam mentibus hominum inferente, quem reverendus pater et dominus dominus Gerardus Landriannus, episcopus Laudensis et comes, in archivio ecclesie suę reperit, litterarum cupidior, per Antonium Iohannis Simonem Petri Bossios et me Franciscum Viglevium de Ardiciis, quovis cursim, MCCCCXXV, die XXVI. Aprillis, indictione tercia, in civitate Papie studiorum m[ai]tre . . . .* Voir le Fac-simile et la transcription de ce feuillet dans Chatelain, *Paléographie des classiques latins*, pl. XXB. — L'illustration du haut représente les personnages qui dans une propriété de Crassus, à Tusculum, vers l'an 91 avant J.-Ch., tinrent soi-disant les discours rapportés par Cicéron dans son écrit : au milieu on voit assis L. Licinius Crassus et M. Antonius, à droite P. Sulpicius Rufus, à gauche C. Aurelius Cotta et Q. Mucius Scaevola. Au fond est assis Cicéron, qui écrit sur un rouleau : *Cogitanti michi* etc. Les noms des personnages sont donnés au bas du cadre de l'illustration. Au-dessus on lit *Tusulanum et platanus*.

Gothique italienne. Ce n'est pas encore l'écriture humanistique; les lettres, en effet, ne montrent pas encore d'imitation prononcée de l'ancienne minuscule carolingienne; cependant il y a comme un pressentiment de l'écriture humanistique dans ces lettres soigneusement formées, bien proportionnées, nettement séparées, moitié anguleuses et moitié rondes (voir l'écriture humanistique pl. 114. 115). On remarquera la forme de l'a (1), g (1. 2), s (9), u (1. 2). Très peu d'abréviations. Un trait horizontal ondulé (semblable à l'ancien a ouvert) se retrouve aussi bien dans les mots *numero* et *vero* que dans *ur* (1. 9. 17).

Cogitanti michi<sup>1)</sup> sepe numero et memoria vetera repetenti perbeati fuisse, Quinte frater, illi videri solent, qui in optima re publica, cum et honoribus et rerum gestarum gloria florerent, eum vite cursum tenere potuerunt, ut vel in negotio sine periculo  
5 vel in ocio cum dignitate esse possent. Ac fuit tempus illud cum michi quoque initium requiescendi atque animum ad utriusque nostrum preclara studia referendi fore iustum et prope ab omnibus concessum esse arbitrarer, si ininitus forensium rerum labor et ambitionis occupatio decursu honorum etiam etatis flexu constisset. Quam spem cogitationum et consiliorum meorum cum graves communium temporum tum varii nostri casus fefellerunt. Nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maxime molles molestiarum et turbulentissime tempestates exiterunt. Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus ocio datus est ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas inter nosque recolendas; et<sup>2)</sup> etate incidimus in ipsam perturbationem discipline veteris et consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen, et hoc tempus omne post consulatum obiecinus his fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi in nos  
15 metipsos redundarent. Sed tamen in his vel asperitibus rerum vel angustiis temporis obsequar studiis nostris, et quantum michi vel fraus inimicorum vel cause amicum vel res publica tribuet ocio, ad scribendum potissimum conferam. Tibi vero, frater, neque hortanti deero neque roganti; nam neque autoritate quisquam apud me plus te valere potest neque voluntate.

Suscrit : <sup>1)</sup> alias michi, vetus; <sup>2)</sup> alias primo.